









A ciari argentes eb se sublequi iulit, ac multis per iram a causa...

Fridericus I. Imp. subacti Mediolano legatum ad Hadrianum IV. Pp. miserat, ut Vidonem Vidonis Blanderati Comitis...

B proprietas inter se contententium cognoscere, prope per interditi speciem postularat. Quas qui reddidit, illud absurde adiecit...

C nona tempore, fodrum exigeret. Ne Episcopus Italie hominio sibi obstringeret: Nenuncios suos hospitatum in Episcopia mitteret...

D Gualtelmo Siculo in iussu suo in gratiam recipiendo fregisset. Profertem autem Friderico, se iudicium & datum, & accepturum...

Schimata Ecclesie Christianae quatuor connumerat Polydorus Virgilius, his verbis: Novatus Romanus presbyter, Episcopus avidus...

tis sectatores, Mundos appellavit. Negabant ii, apostatas, etiam si pœnitios...

Denique sub Leone X. Germanice bona pars se ab Ecclesia segregavit, Martino Luthero Monacho Augustini, & sacerdote, quod publicatio certorum Indulgentiarum...

Ecclesie Græcorum, ob translationem Imperii ad Francos, & Caroli M. factam a Rom. Pontifice Adriano, Romanis postulantibus, ut ad Ecclesiam uniterent redirent, respiciuntur.

PROFANIS REBUS. FACIONES.

Politica.

Disensionem duarum partium, & presertim civitatis Societatis, Fatio denotat: que respectu unius partis eorum, qui consentiunt, pendatur, ad Amicitiam referenda erit.

JASON & MENELAUS Simonis filii, cum de Pontificatu inter se contentent, & Populus Iudæorum Jatone, Menelaus Nobilis sequeretur...

Bello Judaico, dum Romani Galilæam munivit, urbes expugnant, Jerosolymam ex reliquorum civitatum excidiis servati confugiabant, ut quisque seditionis maxime redit...

A misero populo pugnare. Sicarii interim Massada castellum validius per infidias occupaverunt. Et sic uno eodemque tempore in urbe quidem tyrannidis affectatio, & seditio cum pestilentia & fame...

B omnia obfidebant, ne quis ad Rom. transfugere posset. Obfidentibus clam armatis in templum misit, qui vestibus abjectis, Eleazarum cum suis in templo expulerunt, ita ut seditio exitibus in duo capita desierit, Joannem & Simonem...

C Thebis Beotia due erant factiones, altera Imenia, & Androclida, libertatis studio: altera Archia, Philippi & Leontida, qui oligarchia fudebant, & Lacedæmoniorum ope subnixi, qui Cereis festo Cadmiæ artem ex improvise cepant...

In omni serè Græcia fuerunt partes, Dorica & Jonica: inter Doros erant Lacedæmonii, inter Jones Athenienses. Subinde Atheniensium, & Lacedæmoniorum partes Græciam perdidit, his Aristocratiam, illis Democratiam in civitate confirmare laborantibus.

Poloponnetus variis nitebatur factionibus: namque Argivi, Eliti, Mantinenses, aliique finitimi Lacedæmonius, diversarum factionum fuere. In Chio fuere factiones duæ: & quum alterius princeps Onomades, victoria contra alteram potius esset, alteri factionis ab urbe minime exigentes curavit...

D Athenas in factiones tres divisa legitur: in Diacrios, Pedæos, & Paralios, quorum dux Pifistratus, tyrannidem invasit: aliquando in duas, Thucydides unam, aut Cimonia, Pericles alteram: hæc plebeiorum, illa optimatum. Nonnunquam in plures, scilicet Ephialthis, Myronidis, Thomida, Cimonia & Leocratis. Thestaliæ verò in Egearetos, & Petreios. Post Alexandri Magni mortem in duas factiones divisi fuere: quarum utraque Macedonum patrocini nitebatur. Populares Polyperchoni favabant, optimates Castandro, inter quos erant Phocion, & Demetrius Phalæarus.

L. B. Theat. vitæ Humanæ Tom. IV.

Apud Milesios, una Plutis, altera Cheromacha factio fuit. Alex. lib. 4. cap. 2.

Erant in senatu Carthaginensium factiones duæ, quarum altera jam inde ab Hamilcare, cognomento Barca, initium trahens, Annibali filio quasi ex hereditate obvenerat; atque deinceps in tanta creverat opes, ut domi fortique in omni re decreta superior haberetur. Altera verò principum habebat Hannonem, virum gravem, summæque in ea re pub. dignitatis, toga tamen magis quam armis egregium.

Sub Justino Magno Imp. factio Veneta, ab Antiochia sumpto initio, Prasinam multis damnis in toto Oriente affecit, ut nec magistratus vi coereri posset, in sextum usque Iustinianum. Cædrens.

Sub Iustiniano Imperatore grandis orta est Constantinopolis seditio, quam Procopius tib. 1. belli Persici, & Zonaras in Iustiniano, adscribunt factioni Venete, & Prasinæ, in qua quadraginta serè hominum millia desiderata sunt, ædes Sophiae & alia multa nobilissima ædificia incendio confugantur.

Quellorum, & Gibellinorum factiones horrendæ, sub Friderico II. Imper. maxime recrudere, a duobus fratribus propagatae, quorum Guelfus Pontifici, Gibel Imperatori militabat: tanta variana, ut non modò diversa haberent insignia militaria, sed colores, terræ fructus, vestitus, habitus ipse, hominis incessus, digitorum conceptus, & orbis hiatus suam haberent partium significationem.

Ann. 1200. apud Pistorienfes Cancellarii gens diffima, numero multiplicata, in duas partes divisa est: & altera Albi vocati sunt, altera Nigri, magnis inter se contentionibus dimicantes. Quas cum Florentini componere studerent, ipsi quoque inter se divisi sunt, & eadem nomina receperunt. Legatus apud stoll.

